Ex libb. Petri Danielis Aurelij 1564 2

leguntur in aecclesiis & a sacerdotibus exponuntur
ſi tundunt pectora qui haec implere conantur. ſi tam
innumerabiles adgrediuntur hanc uiam ut deſertis
diuitiis & honoribus huius mundi ex omni hominum
genere uni do summo totam uitam dicare uolentiu
deſertae quondam insulae & multarum terrarum
ſolitudo compleatur ſi deniq; per urbes atq; opida
caſtella uicos agros etiam uillasq; priuatas in
tantum aperte ſuadetur & appetitur a terrenis auer
ſio & in unum dnm uerumq; conuerſio ut cottidie per
uniuerſum orbem humanum genus una pene uoce
reſpondeat ſurſum cor habere ſe ad dnm quid adhuc
oſcitamus crapulam externam & in mortuis pecudibus
diuina eloquia perſcrutamur. ſi quando autem ad diſ
putationem uenitur. platonico nomine ora crepantia
quam pectus uero plenum magis habere geſtimus.
qui ergo ſenſibilem iſtum mundum contemnere &
animam uirtute purgandam summo do ſubicere atq;
ſubiungere uanum aut malum putant alia ratione
refellendi ſunt ſi tamen cum his dignum eſt diſputare.
qui autem bonum & appetendum fatentur cognoſcant dm

qu[illegible]